Archivio storico comunale
Gualdo Tadino

7

Archivio preunitario

1551 . 6 Ottobre

Costituzioni di Calvisati ... di Gualdo

15

12

Ill.me ac R.me D.ne Ut V. Ill.me et R.me D.nationis prudētia et auctoritate status et Regiminis Populi terre Gualdi nostre bene consulatur, ad preces cōitatis dicte terre Placeat ut infra statuere, concedere et Reformare cōtrariis quibuscumque nō obstantibus.

1.° In primis pro conservanda abudantia Grascie, et fructuum in territorio Gualdi, statuatur quod nulli forentium liceat ex districtu gualden extrahere seu extrahi facere, Granum, Bladum, farrum vel aliquod genus fructuum, Sub pena Vigintiquinque Scutorum Auri, toties quoties cōtrafactum fuerit amictenda et amissione dictorum fructuum et animalium, super quibus vel cum quibus deferri contigerit dictos fructus. Et huiusmodi penarum tertia pars Camere, tertia cōitati terre gualdi, et alia tertia officiali executionem facienti et accusatori applicetur. Et hoc habeat locum etiam in penis in preteritum cōmissis Camere nondum incorporatis. Reservato tamen quod Domini priores terre Gualdi possint dare licentiam per suum bollettinum extrahendi nuces, Crocum, semen Canapis et Vinum, prout fuit hactenus consuetum. Placet reservata gratia nra.

Jo. mi. Cyan. penis

2.° Item ad obviandum intolerabilibus dampnis, que fieri contingit. Ordinetur quod ultra duos Minores officiales dampnorum datorum, qui esse consueverunt in terra Gualdi, in futurum per singulos annos, per Maiorem officialem dampnorum datorum nominentur aliquem in officiales eligendi forenses seu Gualdenses et unus ex dictis nominatis, quem approbaverit Consilium Generale terre gualdi sit officialis, qui teneatur perscrutari dampna data. Et capientes seu occidentes columbos columbariorum. Et debeat semper tempore opportuno ire per Comitatum dicte terre

1344 - 1 Genn.°

1v

terre ad diligenter investigandum et inveniendum damna data per homines seu animalia. Et capientes seu occidentes columbos seu ad eos retibus laqueis, vel alio quolibet ingenio ucellantes. Et procedere possit per inventionem et inquisitionem. Dummodo inquisitio fiat per dictum officialem tempore quo iret ad perscrutandum dicta damna data. Et in loco vel prope locum et parrocchia, ubi damnum datum, vel columbos captos seu occisos, seu ad eos ucellatum esse contigerit. Et quilibet monitus vel citatus ad instantiam dicti officialis teneatur accedere ad dicta loca. Sub pena centum solidorum applicandorum ut infra.

Et ut magis excitetur dictus officialis ad dictum officium diligentius exequendum, pro qualibet inventione damni dati, ab aliquo genere animalium, habeat penam quam alii officiales pro similibus inventionibus consequi possent. Et ille qui per inventionem seu per inquisitionem compertus fuerit predictum damnum dedisse, seu columbos cepisse, aut occidisse vel ad eos ucellasse, qualibet vice teneatur solvere triginta [illegible] Et medietas dicte pene applicetur Camere Collecti et altera medietas sit dicti officialis inventionem facientis. Et tempore noctis dicta pena duplicetur. Et hec pena solvi debeat ultra penam statutariam. Et de predictis sufficiat fidem fieri per unum testem fide dignum per viam inquisitionis. Per viam aut inventionis credatur officiali cum uno teste fide digno vel baiulo. Et dictus officialis subesse debeat Maiori officiali dampnorum datorum, quo ad damna data et ea concernentia. Quo autem ad capientes columbos subiaceat Domino Locumtenenti.

Et ad providendum ne columbi, tempore quo canapine sate fuerint semente comedendo grave dampnum inferant dominis seu cultoribus canapinarum placeat innovare statutum seu reformationem, quod quilibet habens palumbarium in terra seu territorio qualibet, pro custodia canapinarum dicto tempore facienda teneatur solvere grossum unum pro mercede eorum qui deputati essent ad huiusmodi custodiam faciendam. Non obstante quod dictum statutum seu reformatio usu receptum non fuerit. Et Dominus Locumtenens teneatur nulla iuris sollemnitate servata

seruata, compellere oēs et singulos columbariorum possessores, ad dicta quantitatem soluen̄, ei qui a Dnis Prioribus pro tpre existentibus fuerit ad id deputatus. Et obseruantia ultimi capli et primi de columbis loquentis sit correspectiua et alterum obseruari debeat, si et alterum obseruetur. Et Dni Priores pro tpre futuri ad sua sollicitudine reuocare debeant, q̄ predicta oīa et singula semper inuiolabiliter obseruentur. Cū hac tamen moderatione, q̄ si contingat dampnū ipsorū datū esse p aliquē Minorē quatuordecim annis pena possit mitigari arbitrio Dnorū Priorum. Placet quod eligat̄ tertius prout eligunt̄ alij duo, quoad alia, reseruata grā nrā, et in minoribus poena mitiget̄ arbitrio locumtenentis nri.

Item ad prouidendū ne Gualdenses futuris tpribus in dies magis patiantur penuriam pabuli et Lignorum. Statuatur q̄ in Montes terre Gualdi tā a parte uersus occidentem, q̄ a parte uersus orientē et septemtrionem nullo modo intromitti possint animalia forensium quouis colore quesito. Et semper in uiridi obseruantia sint et seruari debeant littere. Bo. Me. Pauli Tertij in missione huiusmodi animaliū in dcōs montes prohibentes. Et introducens animalia huiusmodi, seu retinens in dictis montibus, qualibet uice puniatur pena Centum ducatorum auri applican pro tertia parte Camere. pro tertia Cōitati. Et pro alia tertia executori executionem facienti. Et animalia propria superiorum. etiam si essent Cardinales, regentium terra Gualdi, que retineri contigerit in districtu Gualden. nō possint pascere, nisi in montibus ultra uertices montiū uersus septentrionem et orientem. Et q̄ obseruentur predicta debeat esse specialis Cura Mag.ci Dni Locumtenentis ut alterius iudicentis in dcā terra Gualdi. Placet reseruata grā nrā. in mitigandis penis

Item quia Magna pars Angusti territorij gualdensis a forensibus detinetur, emptionum et alijs titulis. Adeo q̄ ex hoc Gualdenses perpetuo litibus inuoluuntur penuria

1344 – 1 Genn.°

2v

penuriaz annone patiutur, et alia gravia incomoda sustinet, Placeat statuere, q forenses viz qui domicilium p habitatione intra terram gualdi no contraxerint, etiam si collectas et onera tam ordinaria q extraordinaria solvere deberent, aut eas solvere parati essent, aliquo titulo inter vivos no possint acquirere predia in territorio gualdi. et venditiones, et alij qui vis contractus sup hoc faciendi sint ipso iure nulli, et bona stabilia, que quisq gualdensiu tentaret in forense aliquo alienare ipso facto, Camere pro tertia parte pro altera tertia Coitatis gualdi. pro alia tertia parte executioni facienti applicentur. Et idem servetur in his prediis quorum possessio contra formam et tenorem decreti Bo. Me. olim Rmi. Cardinalis de monte in tales forenses hactenus translata fuit. Et si Camera, seu Coitas terre gualdi fuerit negligens in recuperando vendita contra formam presentis decreti per biennium. Liceat cuilibet gualdensi quandocunq iuris remedijs auferre possessoribus contra formam pdicti decreti possidentibus dicta bona, que fuerint ut devoluta, promittendo solvere Camere et Coitati dictis pat. medietatem pretij declarandi per estimationem duorum virorum boni Priores terre gualdi, et Camerarium seu vice Camerarium eligendorum. Et dicta solutio medietatis pretij fieri debeat post habitam possessionem. Et nulla consuetudo vel prescriptio etiam longissimi temporis in predicta possit introduci.

Placet reservata gratia mea in quadmodi[?] gabio [illegible]

Item cum Gualdenses voragine usurarum in summa paupertate devolvatur propter fenus quod cum eis hebrei circumcolentes exercere ceperunt, Placeat statuere q nullus hebreus intra vel extra terram gualdi et eius territorium possit fenus exercere, et contractus et instrumenta

quo

que facta fuerint ab hebreis publice fenus exercentibus, viribus careant, et executioni demandari non possint. Etiam si instrumenta essent facta in forma Camere, ut depositi, vel alio quovis pleniori modo. nisi contractus fuerit factus iuxta tolerabilem modum Capitulorum facien. inter Comitatem Terre Gualdi, et dictos hebreos ut tunc aliquem. Et predicta observentur, et observari debeant in contractibus et instrumentis, que fient post diem publicationis presentis Decreti, Statutis, Privilegijs, et alijs quibuscumque non obstantibus. Et iuramenta et alia ~~facta~~ contra formam predictam prestita ~~et facta~~, presumantur dolo, metu extorta.

Placet et volumus quod nullo modo fenus exerceant in Terra et Territorio Gualdi, extra autem non aliter quam super pignoribus mobilibus.

Volumus tamen et decernendo mandamus quod vete. boenavi ut sub dec. Communitati per nos concessam percipiant et conservent per Depositarium Camere nostre et expendi non possint ad alium usum quam in effectualem reparationem murorum Terre Gualdi.

Io. Car.lis de Salviatis m. pp.



Datum in Arce nostra Gualdi Die 6 octobris 1551

Dom.cus Rossinus

1344 – 1 Genn.o

3v